

Q. N. 1688. 2

Q. D. B. V.
DISPUTATIO JURIDICA
exhibens

Ve
1583

X 197565

**DIFFERENTIAS
JURIS SAXONICI
FEUDALIS à JURE COM-
MUNI FEUDALI,**

Quam

CONSENSU

**MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS
IN UNIVERSITATE VIADRINA
PRÆSIDE**

**DN. SAMUELE STRYKIO, D.
COM. PAL. CÆS. SERENISS. & POTENTISS. ELECT.
BRANDENB. CONSILIARIO, FACULT. JURID. ORDINA-
RIO, DECRETALIUM PROFESSORE PUBLICO
& h. e. DECANO,**

**DOMINO PATRONO & PRÆCEPTORE
devotissimè colendo,**

**IN AUDITORIO JCTORUM
Die XIV. Octobr. Anno M DCLXXXIX.**

Placido Eruditorum examini submittet

AUTOR

**CHRISTOF HAUBOLD de HOUWALD
Eqves Lusatus.**

BIBLIOTHECA
PUNICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

Francofurti ad Oderam, Typis CHRISTOPHORI ZEITLERI.

10.

L. D. R. N.
DISPUTATIO JURIDICA
exhibens

DIFFERENTIAS
IURIS SAXONICI
FEUDALIS JURIS
MUNI FEUDALI

CONSTITUTIONE
IN UNIVERSITATE
GOTTINGENSIS

DISSAMMELUNG
VON RECHTEN
& POTESTÄTEN
IM SAISONISCHEN
RECHTE

CHRISTOPH HARBOLD v. HORBOLD
A U T O R
Placidus Eruditionum examini submissus
D. XIV. Octobr. Anno MDCCLXXIX
In Auditorio I. C. G. G.
GOTTINGENSIS

Verlag des Verlegers, Typis CHRISTOPHORI ZETTLERI



secte
culca
hodi
me
cept
in Ju
ter J





I. N. D.



Quod jam tum Sacratissimus
noster Justinianus Imperator
L. 9. C. de LL. monuit, Le-
ges Sacratissimas, quæ con-
stringunt hominum vitas, in-
telligi ab omnibus debere,
ut universi præscripto earum
manifestius cognito vel in-
hibita declinent, vel permilla
lectentur; Illud nunc maximè eò magis unicuiq; in-
culcandum ideò opus esse judico, quòd non tantum
hodiè jure à Justiniano promulgatò, sed infinitis fer-
mè consuetudinibus, statutis, aliisque singulariter re-
ceptis juribus utamur. Quis enim adeò hospes esset
in Jurisprudencia Romano - Germanica, qui, quid præ-
ter Jus Commune, Canonicum, Recessus Imperii ex

statutis uniuscujusque Provinciae, imò civitatis addi-
 scendum sit, quotidiè non observet? Sanè fallitur,
 qui statuta in Marchia usitata, in Lusatia nostra casi-
 bus obvenientibus applicare conatur, cum, quod ibi
 moris, hic pro non recepto à Judice certò rejiciatur.
 Quæ cum ita se habeant, unicuique necessitas incum-
 bit, ita Juris communis sectari placita, ut pariter, quid
 moribus frequentetur, sollicitè inquirat; præsertim
 cum optimam Juris communis interpretem esse con-
 suetudinem, auctoritatemque rerum perpetuò similiter
 judicatarum, testetur Jctus in *L. 36. Et seq. ff. de LL.*
 Quare consilium mecum inivi exercitii academici lo-
 co *de Differentiis Juris Saxonici Feudalis à Jure
 Communi Feudali* conscribendi Dissertationem, quò
 hâc ratione utriusque Juris placita non saltem con-
 ferrem, sed & perspecta mihi redderem. Tuo, Le-
 ctor Benevole, oculo pariter & judicio dextro, quic-
 quid hoc exigui laboris est, expono, certâ spe fretus,
 fore, ut propositum meum non planè sis aspernatu-
 rus. DEUS autem O. M. felices laboris successus lar-
 giatur. Sit itaque

DIF.

DIFFERENTIA I.

JUS Feudale commune ad jus non scriptum seu consuetudinarium refertur, est enim illud collectum ex consuetudinibus 2. F. 7. 2. F. 9. pr. Jus verò Feudale Saxonicum ad Jus scriptum referri videtur, in *Prefat. Juris Feud. Sax.* ubi à Friderico ex Hohenstauffiorum familiâ Imperatore illud sancitum esse dicitur: quamvis Dd. communis sententia sit, omnem de feudis dispositionem certum non agnoscere autorem, sed ex consuetudine plurima dependere: cui opinioni tanquam veriori & nos subscribimus. Nec Glossator Saxonici juris fidem nobis facere potest, autoritate Friderici Imper. illud jus conscriptum esse.

Jus feudale refertur ad jus consuetudinaria

II.

Juris Communis regula est: Omnem, qui legitimam bonorum suorum administrationem habet, & sic quoque privatum hominem, feudum constituere posse 2. F. 3. Jure verò Saxonico, etsi illa regula etiam procedat, jure tamen recti feudi non venit, quia illa tantum legitima feuda dicuntur, quæ vel à Rege, vel ab Episcopo, vel Principe, l. Comite, l. Barone l. Nobili constituuntur *Cap. 1. Lehnr. & Gloss. ibid.* Mores ex adverso unicuique etiam plebejo potestatem constituendi feudum tribuunt, ita ut jurisdictionem quoque feudalem inde consequatur. Rosenthal *de Feud. Cap. 3. concl. 2.* licet fortè, si inter hos controversia orta, moribus ad judicem ordinarium recurratur.

Quis feudum constituere possit.

III.

Jure Comm. ex benigniori sententiâ 2. F. 3. *in fin. & ob text. 2. F. 91.* foeminae indistinctè feuda possunt

De foemina feudum constituyente.



constituere. Jure Sax: verò curatore ad id opus ha-
bent *Gloss. Landr. lib. 1. art. 3. & Gloss. Weichbild art. 26. n.*
46. Struv. c. 5. th. 3. Eadem enim ad feudi constitutio-
nem necessaria sunt, quæ ad rei alienationem. *Wibel*
de Contract. Mulier. cap. 3. §. 7. n. 12. nisi sit illustris fœ-
mina, quæ Curatore non indiget. *Carpzov. P. 2. C. 15.*
Defin. 9.

IV.

Infans &
impubes
feuda non
constituunt

De Jure Comm. infans & impubes infeudandi
potestatem habere non possunt, quippe quibus sine
vel cum tutorum autoritate & consensu nulla alic-
natio bonorum immobilium permittitur *L. 4. C. de prad.*
minor. Jure autem Sax. Feud. expresse dicitur, im-
puberem impuberi intra annos pubertatis feudum
dare posse *Lehr. cap. 58. pr.* In Praxi Juris Commu-
nis dispositio ita obtinebit, si decretum Magistratus
adfuerit *Struv. cap. 5. th. 4. n. 4.*

V.

Quis feudū
acquirere
possit.

Jure Comm. omnes feudum acquirere possunt
cujuscunque conditionis fuerint *2. F. 3.* Jure tamen
Sax. Clerici, mulieres, rustici, & mercatores feuda ac-
quirere non possunt, cum eo jure tantum Nobilibus
& iis qui ad militiam idonei erant, quos dicimus *Lehn-*
söhige Personen beneficia concedebantur *Lehr. Cap. 2.*
Moribus nemini interdicta est acquisitio, modo spe-
ciatim legis vel statuti prohibitionem non excludatur.
Carpz. P. 3. C. 28. Def. 5. Matth. Coler. P. 1. Decis. 77.

VI.

De Feudo
Jurisdictio-
nis.

Jure Comm. quoniam fœmina & Clericus feu-
da possunt acquirere *1. F. 1. & 6. 2. F. 3. §. 1. 2. F. 40. §. fin.*
2. F. 91. & nulla ibidem feudorum distinctio occurrit,
statuen-

(7)

statuendum est, etiam in feudo jurisdictionis illos ad-
mitti. Jure verò Sax. neq; Clericus, neq; mulier ad
suscipiendum jurisdictionis feudum habiles dicuntur
Lehn. Cap. 61. Hodie omninò talia quoq; acquirunt,
licet fortè ipsi jurisdictionem exercere nequeant, per
alios tamen rectè exercent. *Finckelthaus. Disputat. s.
contr. 14.*

VII.

Jure Comm. Superior ab inferiore feudum ac-
cipere potest. 2. *Feud. 100.* cum & superior inferioris
jurisdictioni in certâ causâ se submittere possit *L. 14.
ff. de Jurisdic.* nec feuda statim aliquem faciant subdi-
tum. Jure Saxon. autem superior ab inferiori feu-
dum recipiens, dignitatem suam minuit. *Lehn. cap. 54.*
Moribus nostris omninò obtinet, ut salvâ suâ digni-
tate & præeminentia Superior ab inferiore feudum
acquirere possit. Exemplum solenne est in Rege
Daniæ, qui à Ducibus Brunsv. & Luneburg. feudum
tenet über das ganze Stadt- und Budtsjadinger Land/cu-
jus investituræ formulam exhibet Dn. Præses in *App.
Ex. Feud. Num. 18.* Sic in Marchionatu nostro Inferi-
oris Lusatiæ à Comite de Promnitz Abbas Saganensis
feudum aliquot pagis consistens habet.

IIIX.

Jure Comm. pubertas in feudalibus finitur an-
no 14. uti de Jure Civ. *pr. Inst. quib. mod. tut. fin.* De
Jure Can. pubertas ex habitu corporis & generandi
facultate æstimatur *Cap. 3. X. de Despons. impub.* Jus ta-
men Saxon. in heredibus feudalibus terminat puber-
tatis annos finito 13. anno cum 6. septimanis *Lehn. X.
Cap. 26. princ.* quam dispositionem & in Praxi Saxonica
obtime-

Superior ab
inferiore
feudū acci-
pere potest.

De Puber-
tate feudali.

(8.)

obtinere statuit Carpzov. *Part. 2. Const. 11. def. 9. num. 3.*
Schneidw. *pr. Inst. quib. mod. Tut. fin. num. 4.*

IX.

De Tutela
feudali.

Jure Comm. Feudali tutela triplex est, ut de Jure Civili, licet nihil hac in parte in textibus feudalibus occurrat, nihilominus propter *Text. 2. F. 1. Juris Civ.* dispositio obtinebit, & ita pater Vasallus filio suo impuberi testamento tutorem dare etiam extraneum non prohibetur. Schrader. *P. 10. Sect. 19. num. 14.* Jure Sax. nemo potest esse tutor, nisi qui sit simul Vasallus Domini, sub cujus jurisdictione est pupillus Lehnr. *Cap. 26.* Moribus non dubitatur, quin Vasallus etiam extraneum de Jure Comm. habilem filio suo constituere tutorem possit. Schrader. *d. l.*

X.

Quando
Dominus Va-
falli impu-
beris tutor
fit.

Jure Comm. Dominus Vasalli impuberis tutor demum est, quoties proximior agnatus in successione deficit, exemplo legitimæ patronorum tutelæ, & *arg. l. 1. pr. ff. de Legit. Tutor.* Jure Saxonico Dominus semper impuberis Vasalli tutelam gerit. Lehnr. *Cap. 26. verb:* der Herr ist ja immer des Kindes Vormund. In Praxi Juris Civilis regulam observari patet exinde, quod Matth. Coler. *de Process. executiv. P. 2. c. 3. num. 366.* testetur, per contrarium usum à tota hac dispositione Juris Saxon. recessum esse Carpzov. *Part. 2. Const. 11. def. 1. num. 6.* Imò de Jure Publico propter dispositionem *A. B. cap. 7. §. 2.* non Imperatori, sed proximo agnato debetur tutela filii Electoralis; concurrunt enim hic interesse agnatorum ratione comitiorum, & voti in Electione Imperatoria.

XI. Avt-

Aviam & matrem, quamvis in feudum non succedant, à tutela feudali non excludendas esse, monet Schrader. *p. 10. Sec. 19. n. 26.* Rosenthal *cap. 12. Concl. 10. n. 20.* quoniam de Jure Civ. *per. Nov. 118. cap. 5.* admittuntur. Fallit hoc in Saxonia, ubi mater in feudali- bus tutrix non est. Carpzov. *P. 2. C. 11. Def. 11. n. 14.* quod & adhuc hodiè ibidem obtinet. In Marchia verò, quia nulla constitutio prohibitiva adest, matrem adhuc cum alio adjuncto tutore tutelam feudalem administrare posse, contra Mullerum *Resolut. March. 78.* asserit *Dn. Pras. Ex. Feud. c. 7. ad qu. 16.* Apud nos non excluditur mater, sed potest tutelam suscipere auctoritate Curatoris, factâ tamen prius renunciatione secundarum nuptiarum & S^ci Vellejani.

An avia & mater tutrices sint.

XII.

Nulla oppignoratio de Jure Comm. Feudali in bonis feudalibus obtinet. *F. 55.* unde fluit, quod nec tacitæ hypothecæ sine domini consensu locus sit in feudis. *Mynsing. Cent. 6. Obs. 45.* Jure Sax. verò tacita hypotheca pupillis in bonis tutorum feudalibus competit tam ratione fructuum, quàm proprietatis, juxta dispositionem expressam *Sereniss. Elect. Sax. in Ordin. nov. process. jud. tit. 45.* *Struv. cap. 14. th. 27. n. 3.* Quod ultimum in foris ubique receptum esse, propter securitatem pupillorum & concurrentem domini consensum, testatur *Carpz. P. 2. C. 25. def. 4.*

De tacita hypotheca in bonis feudalibus tutorum.

XIII.

Jure Comm. omnis administrator, & sic tutor ad utilitatem & defensionem pupilli constituitur, hinc rationes reddere tenetur finitâ tutelâ *L. 9. C. arbitr.*

Tutor rationes reddere tenetur finita tutela.

B

tut. tutela.



tut. L. 4. ff. de tut. & rat distr. Jure Sax. per text. 2. Landr. art. 58. & Lehnr. cap. 26. verb: Und soll die Guld &c. Dominus feudi tutor usque ad annos pubertatis percipit fructus ex feudo, nec cogitur rationem reddere. Mores interim nec domino feudi magis, quam alii cuicumque tutori, durante pupilli pubertate, fructus feudi tribuunt; hinc tenetur actione tutelæ de fructibus toto administrationis tempore perceptis, donec ejus administratio cesset, pupillo rationem reddere, non aliter atque de bonis allodialibus fieri solet. Carpz. P. 2. C. 11. def. 1. & ibid. alleg.

XIV.

De cautione à minoribus Curatori præstanda.

Minores à Magistratu curatorem petentes Jure Comm. non tenentur ipsi cavere stipulatâ manu, se omnia ipsius facta approbaturus, indemnitateque præstituros, sed sufficit ipsi Curatori, ex Legum dispositione, actio contraria utilis tutelæ, qua impensæ ipsi restituntur damnaque resarciuntur *ff. de contr. tut. & util. actione*. Ast juxta *text. Lehnr. cap. 26.* minores curatori expressè promittere debent, se contradicere nolle actionibus suis, possessionemque bonorum suorum tradere, ipsumque indemnem servare velle. Hodie in judiciis nostris à juris Civ. norma recessum non est, sed per curatorium injungitur administratio Curatori, & eò ipsò omnia legum beneficia consequitur.

XV.

Quando minorennitas finitur.

Deficiente singulari dispositione Juris feudalis quoad minorennitatem, observandum est, eam finiri an. 25. secundum Jus civile. Solent enim Feudistæ, in defectu dispositionis feudalis, ad jus civile recurrere & exinde,

exinde, quod deest, supplere, cum Legum Romanarum etiam in jure feudali non vilis sit autoritas 2. F. 1. L. 1. ff. de minor. etiam in Principibus Imperii Dn. à Puhel cap. 10. n. 9. de tut. EE. & Princip. Dn. Pras. in Ex. Feud. cap. 7. qv. 31. Jure verò Saxonico anno 21. terminari minorennitatem, constat ex cap. 26. Lehnr. qui terminus in omnibus Saxoniae terris hodiè observatur. Carpz. P. 2. C. 11. def. 9. Ubi rationem brevioris hujus termini hanc addit, quia homines in terris Saxonis maturius aliquantò sapiunt, ac propterea citius majores dicuntur. Ast rationem hujus non in naturali capacitate, sed Legislatoris dispositione quærendam esse putamus. In illis verò locis, ubi jus commune adhuc viget, 25. anni in feudis requiruntur. Per A. B. cap. 7. Principes Electorales ad majorennitatem consequendam opus habent 18. annis; cæteri, pro diversitate territoriorum, jure provinciali gaudebunt, nisi brevius majorennitatis tempus privilegio impetraverint, uti Duces Brunswicenses, qui anno 18 majorennis fiunt Dn. Pras. in Ex. Feud. c. 7. ad qv. 31. ubi addit, in Regno electitio rationem ætatis non haberi, sed arbitrium esse penes eligentes.

XVI.

Jure Comm. per Text. 1. F. 25. bona immobilia, qualitatem & naturam feudalem accipiunt consentiente Domino, Vasallumque de iis investiente. Quid enim obstat, quò minus quis prædium suum, quod pleno jure possidet, alienare, donare & in alterum pro parte transferre possit, cum unusquisque rerum suarum arbiter & moderator, & nihil tam conveniens naturali æquitati sit, quam voluntatem domini

Bona immobilia, qualitatem feudalem induunt consentiente domino.

volentis rem suam (& hîc dominium directum) in alium transferre, ratam haberi *L. 9. §. 3. ff. de acq. rer. Dom.* Speciale tamen videtur in foro Saxonico, quod dominus bona allodialia convertere non possit in feudalia, deqve eis vasallum investire, anteqvam illa per annum & diem possederit, horumqve proprietatem tenuerit, per *Text. Landr. L. 1 art. 34.* Sed in Practica id non observari testatur *Carpzov. allegans autoritatem Fachii P. 3. C. 30. def. 11.* In interiori Lusatia eadem praxis observatur, & insuper etiam pecuniam, in qua aliàs regulariter feudum non constituitur, qualitatem feudalem accepisse constat, præviâ tamen solenni declaratione per diploma, in welchem das Geld zu Lehn gesprochen / und in Lehn verwandelt wird/de quo modo vid. *Carpz. P. 3. C. 30. def.* Ubi addit, non quemlibet dominum feudi naturam pecuniæ in feudum posse transmutare, sed eum tantum, qui regiâ dignitate hereditariâ præfulget, adeoque non Comites, Barones, aliosqve dominos inferiores, nisi tempore ad præscriptionem sufficiente hoc jus acquisiverint. In Superiori Lusatia juxta Ordinationem feudalem ita obtinet, ut, si unus ex pluribus feudum solus retineat, & reliquis datâ pecuniâ satisfaciat, illa pecunia aut ad novum feudum comparandum adhibenda sit, aut ipsa feudalis esse debeat.

XVII.

An Pares
Curia in
investitura
hodie ut
testes adhi-
bendi sint.

Jure feudali in investitura adhibendi sunt pares curiæ testes, quoniam omissâ hâc solennitate, etiam si dominus ipse confiteatur, illam factam esse, & probari possit per breve testatum, non valet 2. F. 32. Jure Sax. verò & moribus in desuetudinem abiit hæc pari-

parium adhibitio, cum hodiè non ad superfluas hasce solennitates, quin potius ad voluntatem & confessionem domini, quæ sufficienter brevi testato declaratur, respiciatur; adeoque sufficit vel breve testamentum domini sigillo confirmatum, vel alia domini confessio de facta investitura, imò & attestatum Cancellariæ feudalis. Schneidw. *Ex. Feud. P. 4. n. 29.* Struv. *cap. 16. th. 14. Dn. Præs. Ex. Feud. cap. 12. qv. 16.* In Archidicasterio nostro Lusatiae remansit adhuc quoddam juris communis vestigium, ubi parium & testium loco sunt Præsides & Consilarii Archidicasterii. Hoc tamen tantum procedit in solennibus investituræ literis, non verò in brevi testato in denen Ruth- & Zetteln.

XIX.

De Jure Comm. dubium non est, quin domino, qui feudum alienum in casum mortis possessoris alteri concesserat, ante possessorem defuncto, heres ejus investituram ratam habere cogatur, & feudo deinde aperto ipsi investito teneatur, omnis enim heres factum defuncti præstare obligatus est *L. 14. C. de R. V. 1. F. 9. 2. F. 26. §. 2.* Contrarium tamen de Jure Saxonico dispositum est. *Lehr. cap. 59. verb: Alle Lehne ohne Gewehr &c. item cap. 5. verb: An dem Gedinge &c. cap. 11. ab initio.* Unde heredes investientis minimè obligantur. Observantia aliud induxit, quod heres domini, si vel maximè ipsius mentio facta non fuerit *L. 9. ff. de Prob. Const. 45. P. 2. §.* All dieweil verb: Ob gleich seiner Erben darinnen nicht gedacht. Investituram, in casum caducitatis feudi factam, ratam habere debeat, teste Hartm. *Pist. P. 2. qv. 26. n. 17.* quod in Electoratu

Heres Domini investituram in casum caducitatis feudi factam ratam habere debet.

Saxoniae expressè confirmatum *Const. 45. & ad illam Carpz. P. 2. Def. 5. Struv. Syntag Feud. c. 7. th. 9.*

XIX.

Expectati-
va in here-
des trans-
mittitur.

Pariter cui expectativa concessa, ille hanc spem ad heredes suos transmittit, nisi concessa fuerit ab aliqua ecclesiastica persona, tunc enim, si præmoriatur concedens antequam tempus existat, non obligatur successor illius, quia hic proprio jure, non per Prædecessores, succedit, *1. F. 9.* Aliud Jure Saxónico, juxta quod hæc investitura ad investiti heredes non transit. Hoc enim jure tantum ad jus, quod quis per investituram habet, non ad jus sanguinis respicitur. *Lehr. Cap. 11. verb: Noth auch geerben & c. Cap. 26. verb: Da ist aber keine folge an & c.* Verum nunquam in usum venisse hanc juris Saxon. dispositionem, sed semper secundum regulas Juris Communi ubi & pacta & contractus in heredes transeunt. *L. 13. C. de Contrah. stip. tam responsum, quam judicatum fuisse, testatur Hartm. Pistor. lib. 2. P. 2. quest. 25. n. 35. Berlich. Concl. 54. P. 2. num. 37. & 38.*

XX.

An Vafal-
lus de feu-
do heredi-
tario testa-
ri possit.

De Jure Comm. feudali vafallus de feudo hereditario non secus, ac de reliquis rebus hereditariis testari potest. Censetur enim jure allodialium ratione dispositionis, manente interim nexu feudali quoad fidelitatem & servitia, uti quidem sine textu Juris feudalis, sed non sine ratione communiter concludunt Dd. *Gailius lib. 2. observ. 154. num. 11. Mynsing, Cent. 3. observ. 97. num. 2.* Sed hoc ad forum Saxonicum accommodari non potest, quo agnatis in feudo etiam hereditario jus succedendi ex solo jure simultaneæ

neæ investituræ, non jure hereditario vel sanguinis acquiratur, unde & hic opus erit consensu agnatorum, Anton. *Disp. s. th. 8. lit. E.* Est hæc insignis differentia à jure communi, quod agnatis hoc modo præjudicari non possit. Extra Saxoniam, ubi agnatis de Jure Comm. successio tribuitur, liberam disponendi facultatem testatori de feudo hereditario remanere, dubitandum non est. In Superiori Lusatia Vasallus de omni feudo sine Domini & agnatorum simultaneousè investitorum consensu inter vivos disponere potest, modò feudum non transferatur ad fœminam. *Ord. Feud. Sup. Lus.*

XXI.

Filiæ defuncti vasalli aliàs non admittuntur ad successionem feudi. Quia in feudalibus pro inidoneis reputantur, quippe à quibus servitia, quæ in persona præstanda erant, præstari non possunt, fructus verò illius anni, quo decessit vasallus, capiunt, hi enim qualitatem feudalem non habent, si post Calend. Martii decesserit 2. F. 28. §. *his consequenter.* De Jure verò Sax. per *Text. Landr. lib. 2. art. 88. §. des Man- nes Saat & per Const. 32. p. 3* Omnes omninò fructus industriales, modò rastrò subacti, vivente Vasallo fuerint, ad filias & heredes allodiales spectant, quod & Praxi Sax. observatur. *Carpz. P. 3. C. 32. def. 1* In Marchiâ, an post diem Margarethæ Vasallus decesserit, attenditur. *Kohl. de Success. Conjug. qv. 9. n. 9.*

Filiæ defuncti Vasalli quos fructus capiant.

XXII.

Jure Comm. in feudo novo collaterales non succedunt. Qui enim à prima acqvirentis linea non descendit, ille nihil juris habet in hoc feudo noviter em-
pto,

An collaterales in feudo novo & antiquo succedant.



pto, ubi tantum sanguinis ratio habetur. 1. F. 1. §. 2. 1. F. 20. nisi per pactum in investiturâ acqviens prospexerit fratri, vel agnatis, ut sibi sine herede masculino mortuo frater vel alii agnati succederent 2. F. 12. Et d. Text. In antiquo & paterno feudo collaterales succedunt, qui ex primo acqvirente descendunt, nec opus habent simultaneâ investiturâ, propter dependentiam sanguinis 1. F. 1. §. 4. 1. F. 8. §. 1. Jure verò Sax. collaterales & alii agnati nullò modò in feudo succedunt, nisi spem successione sibi beneficio simultaneæ investituræ acqviverint. Landr. c. 32. pr. cap. 21 in fin. quod & in Praxi observari constat ex Const. 45. p. 2. Et ex illis quæ tradunt Hartm. Pist. p. 2. qu. 10. n. 4. seq. Berlich. p. 2. concl. 43. n. 21. In superiori Lusatia hoc singulare est, quod deficientibus simultaneè investitis feudum non ad dominum, sed ad proximos agnatos usque ad 7 gradum inclusivè devolvatur vid. Ord. Feud. Sup. Lus. p. 80. & 81. item, quod patris frater & fratris filii in stirpes succedant.

XXIII.

An per divisionem expiret simultanea investitura.

Jure Comm. Feudali collaterales vel agnati per divisionem non excluduntur à successione, sed retinent jus integrum & salvum, quoniam jus succedendi non habent ex simultanea investitura, sed à primo acqvirente, quod per divisionem non tollitur 2. F. 49. De Jure verò Sax. per divisionem feudi expirat simultanea investitura, & jus succedendi amittitur, nisi de alterius parte de novo simultanea investitura fiat Lehn. c. 32. verb: Wenn sie sich aber &c. Nec Praxis hanc dispositionem immutavit, quia Serenissimus Elector expressè in Const. 45. p. 2. illam observari mandavit. Berlich. p. 2. Concl. 43. n. 39.

XXIV.

Jure Comm. si plures vasalli heredes existunt, ^{An singuli heredes vasalli jurare teneantur.} omnes ac singuli pro sua parte jurare tenentur, sive divisum inter eos sit feudum, sive indivisum, quia quot personæ, tot fidelitates. 2. F. 26. §. 4. vers: Omnes filii. 2. F. 55. §. 1. Præterea Ducatus. Jure Sax. verò per Cap. Lehnr. 29. & 32. Ubi dicitur unum duntaxat ex pluribus Vasalli liberis à Domino petere debere investituram, & dominum non esse obligatum ulterius, quam ut uni tantum feudum concedat, aliud dispositum est, quod tamen usu & observantia receptum non esse ex Hartm. Pist. tradit Carpz. P. 2. C. 45. Def. 28. n. 9. Moribus unus aliquis communi omnium nomine delegari solet ut juret, qui vulgò vocatur der Lehnräger / uti tradit Mynsing. Cent. 5. Obs. 9. n. 51. Rosenthal de Feud cap. 6. Concl. 36. n. 4. Carpz. d. l. Secundum Instructionem Archidicasterii inferioris Lusatiæ non nisi ex speciali Principis aut Præsidis & Consiliariorum concessione unus, qui nomine reliquorum juret, admittitur.

XXV.

Legitimum per subseqvens matrimonium in feudis succedere unanimes Dd. est sententia, cum nihil differat à legitimis liberis, & macula purgata sit per vim matrimonii, quod efficit ut antea nati verè sint legitimi, omniaque jura legitimorum adipiscantur. ^{An legitimatus per subseqvens matrimonium in feudis succedat.} Nov. 12. cap. ult. Nov. 74. cap. 1. & 2. De jure tamen Electorali Saxonico à feudi successione legitimati per subseqvens matrimonium arcentur per Ord. Provinc. Electoris Mauriti de Anno 1543. sub Tit. Von denen aus der Ritterschafft &c. Sed illam constitutionem usu contrario

C

trario

trario fuisse abrogatam dicit. Hartm. Pist. p. 2. qv. 41. n. 37. ut adeò hodiè Juris Civ. dispositio obtineat, quam in rem vid. Carpz. P. 3. C. 28. def. 17. Struv. cap. 9. th. 3. n. 12. Dn. Præs. in Tr. de Succ. ab Inst. c. 2. §. 22. In Marchiâ tamen superiori anno speciali rescripto legitimati per subsequens matrimonium à successione feudali sunt exclusi.

XXVI.

An filius hereditatē repudiare feudum verò retinere possit.

Jure Comm. juxta Text. 2. F. 45. filii, si feudum à parente relictum consequi voluerint, simul etiam paternam hereditatem adire, atque ita allodium cum feudo vel retinere vel utrumq; repudiare debent. At de Jure Sax per Text. in Art. 21. lib. 2. Landr. verb. Hätt auch ein Mann einen Sohn &c. Filius feudum quocunque modo fuerit concessum seu sibi, seu suis liberis, vel heredibus, spretâ & repudiatâ patris hereditate potest retinere; quam sententiam in praxi præjudicio firmat. Carpzov. P. 2. C. 47. Def. 4. Aliud verò Jure Sax. Elect. ubi expressè id per Const. 47. §. Wir lassen uns &c. & per Ord. Torg. Tit: Welchergestalt die Agnaten & §. Da aber ein Vater &c. est correctum, & juris feudalis communis sententia confirmata.

XXVII.

An collaterales repudiata hereditate feudum hereditarium capiant.

Jure Comm. Collaterales in feudo hereditario repudiare non possunt hereditatem & in feudo succedere, sed utrumque aut dimittere aut agnoscere tenentur. Hartm. Pist. P. 2. qv. 2. n. 65. seqq. Attamen in foro Sax. etiam in feudo hereditario agnati ad successionem admittuntur, licet hereditatem defuncti agnoscere nolint Carpz. C. 45. P. 2. Def. 15. Ord. Torg. de an. 1583. Tit. Welchergestalt die Agnaten und mit be-
lehn

lehnten. Praxis extra Saxoniam Juris Comm. dispositionem servat Hartm. Pift. d. l. conf. th. 45.

XXVIII.

Jure Comm, juxta Text. 2. F. 50. simultaneè investiti simul omnes non succedunt, sed habetur ratio graduum, ita, ut semper proximior præferatur remotiori. Aliud de Jure Sax. ubi omnes admittuntur, licet sint gradu remotiores, quia ibi non agnatio & gradus, sed sola investitura attenditur, nisi in investiturâ adjecta sit illa clausula secundum gradus prerogativam Nach rechter Sipzahl quæ sententia hodiernum obtinet. Carpz. P. 3. Const. 29. def. 11. & 12. Struv. cap. 19. th. 16. n. 5. & 7. Berlich. P. 2. Concl. 53. n. 52. seqq. Alibi verò Juris Comm. regula servatur Köppen. Dec. 47. num. 13.

An simultaneè investiti secundum gradum proximitatem in feudo succedant.

XXIX.

De Jure Comm prægnans mulier nomine ventris vel in possessione bonorum mariti defuncti manet, l. in eandem immittitur donec partum edat L. 1. §. 10. in fin. & §. fin. ff. de Inspec. ventr. Jure autem Sax. simultaneè investitus tamdiu in possessione feudi est, donec uxor defuncti Vasalli gravida partum enixa. Lehnr. cap. 72. verb. stirbt ein Mann &c. In Praxi hodiè si vidua, præsertim defuncti nobilis, prænantem se esse dicat, utilitatem habet Juris Comm. dispositio ob successionem feudalem Hahn ad Wesemb. Tit. de Inspec. ventr. &c.

An prægnas mulier defuncto marito in feudo maneat.

XXX.

Jure Comm. Feud. Vasallus feudum non possidens renovationem investituræ petere non tenetur Köppen Dec. 31. n. 4. Wesemb. P. 1. Conf. 15. n. 35.

An Vasallus feudum non possidens investituræ renovati-

onem pe-
tere tene-
atur.

Carpz. P. 2. C. 45. def. 17. In foro Sax. toties renovatio investituræ petenda, quoties vel Dominus vel Vasallus morte suâ interrumpit possessionem feudi, de quo simultaneè quis est investitus *Lehr. Cap. 32. verb. Wenn sie sich aber theilen &c.* & hoc in Praxi observari vult *Const. Elect. 45. P. 2. §. Der gesamten Hand aber &c.* Imò in Marchia hodiè obtinere sublato *Edicto de An. 1602. Dn. de Rhetz Comment. Juris Feud. pag. 350.* patet & ex Rescripto publicato *Anno 1683, 21. Decembr. Dn. Præs. Ex. Feud. cap. 12. ad qv. 44.* Mores Archidicasterii nostri ita habent, ut ad conjunctam manum vocatus, non solum propriò factò, intra annum & diem renovationem investituræ petat, sed etiam homagium præstet, in reliquis convenit cum jure Electorali.

XXXI.

De tempore
renovatio-
nis investi-
turæ peten-
da,

Contrariari sibi invicem videntur textus de Jure Comm. loquentes de tempore petendæ renovationis, quorum alter habetur 2. *F. 24. pr.* ubi dicitur, intra annum & diem à morte Domini renovandam esse investituram, alter 1. *Feud. 22.* ultra annum & mensem investituram beneficii sui à Domino non esse petendam disponit. Sed conciliationem utriusq; vid. apud *Struv. cap. 10. thes. 7. num. 2.* Neutrius tamen dispositionem sequitur Jus Saxonicum, quod quidem etiam annum & diem renovandæ investituræ exprimit, per diem verò non mensem, sed sex septimanas & tres dies intelligi, patet ex *Lehr. Cap. 22. & Glosf. 16.* In Praxi Saxonica illud adhuc observatur; Extra Saxoniam verò diem naturaliter capi, monet *Dn. Præs. Exam. Jur. Feudal. cap. 17. ad qvæst. 12.*

XXXII.

Hunc renovandæ investituræ terminum à Domino invito vasallo coarctari vel prorogari non posse constat exindè, quòd legum & consuetudinis dispositio in præjudicium alicujus, eò non consentiente, immutari non possit, Schrader. *Part. 2. cap. 2. num. 2.* Struv. *Cap. 10. th. 7. num. 3.* Interim juxta text. *Lehn R. Cap. 22. in fin. & Cap. 50.* tempus hoc à Domino coarctari posse, dispositum est. Sed dispositionem illam de consuetudine vix observari scribit Schultz. *Synops. Feud. cap. 9. n. 67. in fin. Struv. c. 10. th. 7. n. 2*

Terminus renovandæ investituræ à domino coarctari non potest.

XXXIII.

Rusticis Jure Comm. nusquam remissa est renovatio investituræ, adeoque quod in aliis Vasallis obtinet, nec ab his omittendum erit; quoniam in feudalibus non ratio pretii prædii feudalis sed obligationis & nexus præstandorum habetur Ludwell. *Tr. Feud. pag 326.* In Saxonia tamen illa renovandæ investituræ necessitas in feudis parvis & exiguis, quæ aliàs juxta *Cap. 2. Lehn R.* pro impropriis & degenerantibus habentur, omninò remissa est, quæ indulgentia in Praxi comprobata est. Præprimis si de renovatio ne simultaneæ investituræ agatur, quæ de Jure Comm. incognita, usu & consuetudine tantummodo fuit introducta Hartm. *Pist. P. 2. qu. 20. n. 5.* Carpz. *P. 2. Const. 45. def. 21.* Rosenthal *de Feudis cap. 7. concl. 32. n. 3.*

An rustici teneantur renovare investituram.

XXXIV.

Laudemium etsi Jure Feud. non debetur, juxta quod renovatio fieri debet gratis Franzk. *de Laudem. Cap. 4. n. 9.* Communis tamen Dd. est sententia, consuetudine firmata, laudemium, ut in emptione &

De Laudemio.

venditione, ita in permutatione exigi posse, propter
 recognitionem & tutelam in quam suscipitur à Do-
 mino novus Vasallus Hartm. Pist. lib. 1. qv. 50. n. 28. cu-
 jus quantitas de Jure Civ. in Emphyteuseos aliena-
 tione quinquagesima pars pretii est. *L. fin. C. de Jure
 Emphyter.* Attamen in Electoratu Saxoniae Laudemium
 non debetur ex permutatione nisi permutationi
 accedat pecunia *Const. non publicat à Tit. Von Lehn Wahr*
S. Wo auch die Güter durch permutation und Umwechse-
 lung verändert / so gebühret dem Herrn keine Lehn-Wahr
 zu nehmen / pariter si dominus moriatur, aut liberi &
 heredes divisionem instituant laudemium non præ-
 statur *Const. alleg. verb.* Wenn der Lehn-Herr stirbet / oder
 das Gut verändert / oder seine Kinder sich theilen / so soll
 keine Lehn-Wahr gefordert noch gegeben werden. Eadem
 ratio est in Emphyteuta per verb. Desgleichen wenn
 der Besitzer / Zins oder Erb-Mann stirbt / und lässet Kin-
 der / so sind dieselbigen Lehn-Wahr zu geben nicht schuldig /
 weil sie in der vorigen Investitur begriffen. Fallit hoc in
 collateralibus & extraneis per text. in *Const. alleg.* Weñ
 aber keine Kinder sondern Freunde seitwärts verwant / als
Collaterales und *extranei* vorhanden / auff welche das Gut
 fällt / dieweil das *dominium* in dieselbige *ipso jure* nicht
continuivret noch gebracht wird / so sind sie auch die Lehn-
 Wahr zu geben pflichtig in emptione & venditione
convenit cum Jure Communi; sic præstandum quo-
que est, si prædium ex titulo lucrativo acquisitum sit.
 In Praxi consuetudines cujusque loci sunt inspicien-
 dæ. Sic in Lusatiâ nostrâ Vasallus laudemio non gra-
 vatur, sed sufficit, si pro instrumento Cancellariæ
 sportulas solverit, quæ tamen in mutatione Domini
 vel

vel Vasalli juxta censum fundi feudalis (nach der Scha-
gung) in emptione & venditione, item permutatione
juxta pretium exolvuntur, ita ut unus Joachimicus
pro uno millenario præstetur vid. *Ord. Dicast.* Idem
obtinet in Superiori Lusatia ubi itidem pro singulis
millenariis in Præfecturis exolvitur thalerus vid. *Ord.
Feud. Corpori Sax. inserta.*

XXXV.

Jure Comm. pupillus excusatur à servitiis & fi- An pupillus
excusetur
à servitiis
& fidelitate
delitate 2. *F. 26. cap. si minori* & *cap. si quis decefferit.* Ast
de Jure Sax. etiam pupilli nomine tutor servire te-
netur domino juxta statum pupilli Landr. *L. 1. art. 23.*
§. Ob wol ein Kind Lehnr, Cap. 26. verb. Wie jung das
Kind. Moribus fidelitas ad annos habiles usque dif-
fertur. Servitia verò quoniam non amplius in per-
sonâ exiguntur, ipsi non sunt remissa, nocetur enim
domino per dilationem servitiorum, non per dilatio-
nem fidelitatis. Kohl. *P. 1. n. 139.* Struv. *cap. 11. §. 6.* Carp-
zov. *P. 3. C. 28. def. 18. n. 3.* Moribus nostris ad peti-
tionem matris, fratrum aut tutorum Vasalli mino-
rennis, differtur præstatio juramenti usque ad mayo-
rennitatem. *Instruct. Archidic. c. 13.* In Lusatia supe-
riori ad evitandam juramentorum pluralitatem, jura-
mentum fidelitatis inseritur homagio *Ord. Feud. p. 84.*

XXXVI.

Vasallus de Jure Comm. servitia militaria vel Quænam
servitia à
Vasallo
Præstanda.
eqvis vel armis, quotiescunqve periculum aliquod
domino imminet præstare tenetur. Feuda enim pri-
mitus data & concessa fuerunt propter servitia mili-
taria 2. *F. 7.* Jure Sax. autem per *Cap. 4. Lehnr.* præter
illa servitia additur adhuc illa expeditio Romana, quæ
olim

olim suscepta fuit ad coronandum Regem Romanum. Moribus Juris Comm. dispositio adhuc obtinet: de expeditione autem illa constat, Carolum V. fuisse ultimum, qui Bononiæ coronam à Pontifice suscepit, nec hodiè amplius sollicitos esse Reges Romanorum de coronatione ista, illius verò loco, tempore necessitatis, præprimis ad bellum Turcicum, certa tributa, quæ nomine mensium Romanorum *der Rômer Monathe* veniunt, exsolvuntur.

XXXVII.

Intra quod
tempus ser-
vitia Vasal-
lo indicen-
da sint.

Jure Comm. nihil dispositum est de tempore intra quod indicenda sunt servitia militaria, quia quovis necessitatis tempore Vasallus paratus esse debet ad defendendum dominum suum. Jure verò Sax. ad præstanda servitia militaria, indictio fieri debet sex septimanis ante suscipienda illa, additurque illa solennitas, ut audientibus duobus convasallis indicentur. Item ad expeditionem Romanam suscipiendam necessarium erat, ut indictio præcederet annum sex septimanas & tres dies. *Lehn, Cap. 4.* Moribus per literas à domino admonentur Vasalli, ut propter imminens periculum, intra certum tempus, quod pro ratione circumstantiarum variare potest, equos instructos *die Lehn-Pferde* ad locum lustrationis mittant.

XXXVIII.

Quomodo
Vasallus se
liberare
possit à ser-
vitiis.

Jure Comm. 2. F. 55. §. *firmiter* Vasallus dimidiam partem fructuum præstando, domino volente, se à servitiis liberare potest. Jure verò Sax. disjunctivè Vasallo injungitur, ut aut servitia in persona, aut decimam reddituum annuorum partem præstet *Lehn, Cap. 4. verb. oder soll die Farth lösen &c.* Moribus pro servitiis regu-

regulariter pecunia exigere non potest, nisi necessitas Reipubl. aliud exigat, ubi communiter pro uno eqvo 40 thaleri exsolvendi, quæ præstatio pecuniæ, loco servitii dicitur *Adoha*. Rosenthal *de Feud. cap. 8. concl. 23. n. 13. lit. q.* Matth. *de Afflict. Dec. 252. n. 3.* Dn. Præses *Ex. Feud. cap. 18. ad qu. 26.*

XXXIX.

Vasallus Dominum in bello adjuvans ibiq; aliquid perdens id nequit repetere à Domino Jure Comm. Feud. *per Cap. 29. X. de Jurejur.* sed aliud dispositum Jure Sax. juxta quod, si vasallus in servitiis domini eqvum, vel aliud quid perdiderit, non obligatus est domino servire, donec ratione damni ipsi satisfactum fuerit *Lehn. cap. 4. verb. Wer ein Pferd ic.* In Praxi Juris Comm. disquisitionem observari exinde colligi ur, quod Henricus Bocer. *de Jure Dom & Vasall. lib. 1. cap. 4 n. 35.* Rittershus. *Partit. feudal. lib. 2. cap. 1. qu. 35. in fin.* dicant, in Foro Sax. observantiâ receptum non esse assertum Juris Feudi Sax, *Carpz. P. 3. C. 28. Defin. 18. num. 8.*

An Vasallus
perdita in
bello, repe-
tere possit
à Domino.

XL.

De Jure Comm. vasallus propriis sumptibus domino servire obstrictus est. *arg. l. 18. ff. de Operis libert.* quamvis distingvere soleant an servitia in vel extra territorium præstanda sint. De Jure verò Sax. ultra sex septimanas non servit domino suis cibariis *Lehn. Cap. 4. verb. Sechs Wochen soll der Mann ic.* Hodiernâ consuetudine indifferenter ab eo tempore, quo in loco lustrationis miles à vasallo missus à Domino probatus est nach der Musterung / dominus pro servitiis præstandis sumtus suppeditare tenetur Rosenthal *de Feud.*

An Vasallus
propriis
sumptibus ser-
vire teneatur

Feud. cap. 8. Concl. 24. n. 3. Carpz. P. 2. C. 28. Def. 18. num. 11.
Dn. Præs. Ex. Feud. cap. 18. qu. 25.

XLI.

An Vendi-
 tor feudi
 pro residuo
 pretii absq;
 speciali cō-
 sensu hypo-
 thec. m ha-
 beat.

Jure Comm. Feud. nulla oppignoratio in bonis
 feudalibus locum habet; Hinc nec venditor hypo-
 thecam absque speciali consensu pro residuo pretii
 sibi reservare potest 2. *Feud. 55.* Aliud in Electoratu
 Saxoniae usu haecenus obtinuit, ita, ut si venditor feu-
 di coram consiliariis emtori illud cedat, pretiumque
 sibi reservare dicat, hypotheca jure valida constitu-
 ta censeatur Dan. Moll. *lib. 1. Semestr. cap. 4 n. 10.* Carpz.
P. 2. Const. 23. Def. 18. quam sententiam & aliis in judiciis
 observari tradit Dn. Præs. *in Cautel. Contr. Sect. 2. cap.*
4. §. 4.

XLII.

Cui feudū
 absq; con-
 sensu do-
 mini alie-
 natum ape-
 riatur.

Feudum alienatum absq; consensu domini ipso
 jure domino aperitur, adeoque à quovis possessore
 illud vindicari potest 1. *F. II. 2. F. 38. 2. F. 55.* Secus se res
 habet in ditionibus Electoratus Saxonici, ubi feudum
 sine consensu domini alienatum statim ab agnatis &
 simultaneè investitis revocari potest, nec domino a-
 peritur *per Constit. Elect. 48. §. 2. pr. & C. 49. pr.* Berlich.
Conclus. 59. n. 23. P. 2. Quamvis *Lehr. Cap. 69. verb.* *Ver-*
setzt auch ein Mann / dicatur vasallum sine consensu
 domini feudum alienantem intra sex septimanas illud
 redimere posse, nec intra hoc tempus ad simultaneè
 investitos pervenire. In Praxi extra Electoratum o-
 mninò feudum ad dominum potius quam ad agna-
 tos redit, & tamdiu retinetur, donec delinquens mo-
 riatur. Hartm. Pistor. *P. 2. qu. 15. & 17. n. 13.* Carpz. *P. 2.*
C. 49. Def. 12. Dn. Præs. *Tract. de Success. ab Int. Diss. 12. c. 5.*
th. II.

th. II. Inferioris Lusatiae Status singulari gaudent privilegio, vi cuius sine consensu domini feuda validè oppignorare & vendere possunt, addito tamen hoc temperamento, ut id fiat inter indigenas (Einswohner) & feudum non sit aperturæ proximum, daß es nicht aufn Fall stehe.

XLIII.

Agnati de Jure Comm. Feudum alienatum possunt revocare, modo à prima acqvirentis linea veniant. *1. F. 8. 2. F. 26. 2. F. 39.* Specialiter verò Jure Saxo-nico introductum, quod agnati feudum revocaturi simultaneè investiti esse debeant. *Carpz. P. 2. C. 48. Def. 8. item Lib. 8. tit. 8. Resp. 76. n. 8. Struv. Syntagm. Feud. c. 10. th. 16. n. 4.* Alibi à regulis Juris Comm. Feud. discessum esse non reperitur, adeoque in Praxi obtinere illud dubium non est. In Superiori Lusatia status hoc privilegio gaudent, ut feuda sine agnatorum consensu alienare, nec hi alienatum revocare possint *Ord. Feud. Super. Lus. p. 82.*

An agnati
feudum a-
lienatum
possint re-
vocare.

XLIV.

De jure feudali communi ad alienationem feudi sufficit domini & agnatorum consensus & sic traditione subsecutâ dominium in emptorem est translatum *2. Feud. 9, 44. 52. 55. 2. F. 26. c. Tit.* Jure verò Sax. præter traditionem adhuc requiritur resignatio *Die Auflassung/* quæ in tantum est necessaria, ut sine illa dominium translatum esse non censeatur, nec proprietas acquisita esse intelligatur. *Dec. El. 61.* Imo filius tenetur resignare feudum à patre vivo venditum sed non traditum nec resignatum per Const. non edit. sub Rubric. *Wann ein Lehngut verkaufft &c.* Quæ

De Resi-
gnatione.

ipfa resignatio in Lusatia nostra fieri debet ore tenus coram Præside & Consiliariis Archidicasterii, aut literis ab alienante manu propriâ subscriptis & sigillatis
Instr. Archid. c. 13.

XLV.

An minores amittant jus revocandi feudum si tutor vel curator consenserit.

Minoribus juxta jus Comm. Tutor Curatorve suo consensu non potest auferre jus revocandi feudum alienatum *TT. ff. & C. de Reb. Minor. sine Decret. non alien.* Jure Sax. ne alienatio eam ob causam impediatur, & emptor satis securus esse possit, placuit Sereniss. Electori specialiter statuere, firmam esse alienationem, si duo agnati majorenes in gradu proximiori constituti unâ cum Tutoribus & Curatoribus minorum agnatorum in remotiori gradu constitutorum consenserint *Ord. Torg. Tit. Welcher Gestalt die Agnaten §. damit nun solcher & §. da aber auch die Unmündigen &c. Berlich. P. 2. Concl. 58. n. 10. Carpz. P. 2. C. 48. def. 7. Struv. cap. 13. th. 19. n. 6.* In foro extra Saxoniam Jus Comm. obtinebit.

XLVI.

An filius feudum revocare possit.

Filiis de Jure Comm. jus revocandi feudum ex communi DD. sententia competit *Hartm. Pist. P. 2. q. 13. n. 1. seqq. Camera. in cap. Imperialem 2. F. 55. Rosenthal de Feudis cap. 9. membr. 2. concl. 71. n. 1. seqq.* Expliculari verò constitutione *Electoralis in Ord. Torg. de Anno 1583. Tit. Welcher Gestalt die Agnaten §. Was aber die Söhne anlanget &c.* in ditionibus Electoratûs Saxonici filii ad revocationem feudi à patre alienati non admittuntur. Præprimis si sit feudum noviter emptum & hereditarium, aut pater illud habeat ex pacto & providentia. Aliud si filius simultaneè sit investi-

vestitus & specificè nominatus, aut patri feudum concessum intuitu filii. Const. non edit. Rubr. Ob der Sohn die neuen Lehn so sein Vater erlangt. Carpzov. P. 2. C. 48. def. 9. & 11. Alioquin extra Provincias Electoratûs à communi opinione neutiqvam erit recedendum: Quod tamen de alienatione feudi ex pacto & providentia tantùm intelligendum est, aliàs si patris heredes extiterint pacto patris alienantis vel consentientis contra venire non poterunt. Carpz. P. 2. C. 48. def. 11. n. 8. 9.

XLVII.

Juri redimendi feudum secundum Jus Comm. si in penitens extraneum fuerit alienatum, non nisi 30 annorum spatio præscribitur *Gloss. in c. 1. §. Titius si de Feud. defunct. contenio sit* Gail. l. 2. obs. 19. n. 13: *Mynsing. cent. 4. obs. 85. n. 1.* Jure tamen Elect. Sax. per C. 50. P. 2. 30 anni annus & dies requiritur. In Praxi prius obtinet extra Electoratum Carpz. d. l. def. 4.

Quando juri redimendi præscribatur.

XLVIII.

Jure Comm. debita ratione feudi hereditarii exsolvenda sunt tum à filio tum ab agnatis Berlich. P. 2. Concl. 55. n. 16. Jure verò Saxonico cum agnati in quovis feudo non jure hereditario vel sanguinis sed tantum vi simultaneæ investituræ succedant, non alia tenentur solvere debita, quàm pro quibus feudum ipsis consentientibus oppignorum Carpz. P. 2. C. 48. def. 3. *Struv. cap. 14. th. 2 n. 6.* Praxis extra Saxoniam Communem juris Feudi sequitur dispositionem.

An filius & agnati in feudo hereditario debita solvat.

XLIX.

De Jure Comm. æs alienum ad feudum comparandum non propriè onus feudi dici potest, cum

An debitum pro comparando feudo

do contr^a-
tum sit o-
nus feudale

loco feudi pecunia non sit *c. 1. §. Si Vasallus Tit. Si de feudo defuncti* Aliud tamen Jure Sax. El. per G. 46. P. 2. §. *Als auch da es sich zutrüge / dispositum, quod ad id successores feudi obligati esse debeant, licet hereditas solvendo sit verb. Und die Land- Erben damit verschonet bleiben / Carpz. P. 2. C. 46. def. 27. In Praxi extra Sax. successores non tenentur Dn. Præf. Ex F. c. 21. q. 7.*

L.

An filia ex feudo dotanda.

De Jure Comm, si bona allodialia nulla sunt, & filiabus dotandis minimè sufficiunt, ex fructibus feudi in subsidium dos constitui debet. Gail. L. 1. obs. 117. n. 7. & L. 2. de pace publ. cap. 17. n. 18. secus est in terris Electoratus Saxoniae per C. 46. P. 2. verb. *Oder da die Schald ubi expressè pecunia pro elocandis filiabus aut sororibus à successoribus feudi, non ab heredibus allodialibus exsolvenda. Utraq; dispositio pro diversitate territoriorum in praxi obtinet. Quantitas autem dotium admodum incerta est, & plerumque moderationi domini directi committitur si de hac inter partes non sit conventum. Exemplum vid. apud Coler. P. 1. dec. 213. n. 3. Ubi exigua satis constituta videtur, nec sine ratione, cum familiarum splendor aliàs conservari tam facilè non posset, & domini plurimùm intersit feuda nimium non onerari. Ord. Proc. jud. tit. 45. §. Es trägt sich auch.*

An feudum legitimè oppignoratium à successoribus an verò ex allodio liberandū sit.

LI.

Feudum pro debito legitimè oppignoratium, à successoribus feudi non aliter, nisi in subsidium, si heres allodiales prius excusati, liberandum est de Jure Comm. Schrad. de Feudis P. 7. c. 7. n. 42. Hodie verò in ditionibus Electoris Saxoniae expressè constitutum, quod

quod successores ad ejusmodi debita exsolvenda te-
teantur, etiamsi heredes allodiales excusati non fu-
erint *P. C. 46. verb.* Wann aber mit ihrer Bewilligung
Quod & in Praxi obtinet Magnif. Dn. Præs. *Ex, Feud.*
cap. 21. qv. 4.

LII.

Jure Comm. donatio propter nuptias & dota-
litium ad onera feudi non pertinent, hinc ex allodio
præstari debent Köppen *Decis. 39. n. 39. & 40. & Decis. 54.*
n. 89. Jure verò Sax. si mulier certam dotem intulit,
& ipsi ratione dotalitii feudum sit oppignoraturn, u-
trumque tanquam onus à successoribus feudi feren-
dum *C. 46. P. 2. verb.* Oder zu Ablegung der Leibgeding.
Distinguitur tamen inter successores agnatos & fili-
os, ita, ut agnati quidem teneantur, si dotalitium le-
gitimum & usitatum modum non excefferit, h. e.
non majores redditus, quam decem in singulos cen-
tenos promissi sint, secus verò non obligantur, nisi
consenserint. Filii ex adverso indistinctè tenentur,
quoniam factum patris præstare jubentur *L. 24. C. de R.*
V. In Lusatia nostra dotalitium ut plurimum dotem
æquat & post mortem Vasalli viduæ unâ cum dote ex
feudo solvitur, aut redditus in singulos centenos de-
cem præstantur.

An dona-
tio propter
nuptias &
dotalitium
onera feudi
sint.

LIII.

Jure Comm. filiabus ex feudis nulla regulariter
debetur legitima, quia ab intestato non succedunt *I. F.*
§. 2. l. 6. §. 1. ff. de inoff. testam. In Electoratu Saxoniae le-
gitima ex feudis novis & emitiis hodiè filiabus de-
betur, si pretium absumpserit omne patris allodium,
vel majorem ejus partem æquaverit, aliàs non, e.g. si
pre-

An filiabus
ex feudis
legitima
debeatur.

pretium ex feudo avito ad emptionem feudi novi adhibeatur, si pater ultra duas tertias bonorum in feudo non impendit quatuor liberis existentibus, si feudum à Principe sit donatum, per Const. publicè non editam *verb. Ob Tochter aus neuen erkauften Lehn Gùtern. Carpz. P.2. Const. 46. Def. 24.* Legitima hæc inter duos vel tres heredes est quarta si quatuor aut plures, triens, & imputantur in illam omnia quæ filiabus vivò vel mortuò patre obvenerunt, dos, vestes & quicquid ex allodio habent.

LIV.

An uxori tacita hypotheca ob dotem in feudo competat.

De Jure Comm jus tacitæ hypothecæ uxori ob dotem in feudo non competere tradit Schraderus *de Feudis P.1. n. 24.* Jure Saxonico tamen ea uxori concessa est, si de dote aliundè satisfieri nequeat. Carpz. *P.2. C. 25. Def. 2.* In Praxi jus tacitæ hypothecæ & exinde competens jus retentionis ubiq; ferè concessum esse viduis, testatur Mevius *Part. 3. Dec. 370.* Dn. Præses *Ex. Feud. c. 21. qu. 20.*

LV.

An Clerici repellantur à feudis.

De Jure Comm. ex veriori sententiâ & juxta textum 2. *F. 21. § 2. F. 26. §. 4 verb. qui clericus.* Clerici propter votum religionis repelluntur à feudo, quia dominus industriam certæ personæ atque familiam elegit, hinc operæ atque servitia in propriâ personâ præstanda, ad quæ servitia tamen Clerici inhabiles sunt. Consentit hac in parte *Lehr. cap. 2. pr.* Sed in terris Saxonici Electoratûs per *Const. Elect. 28. p. 3. pr.* *Das die geistlichen Personen &c. expressè constitutum, clericos per ingressum religionis feudum non amittere, nec à successione ejus arceri. Carpz. P.3. C. 28. def. 2.*

Quam

Quam causam feudi amittendi hodiè in aliis etiam locis non obtinere, dicit Struv. *cap. 9. th. 9.* Cæterùm duæ quæstiones sunt 1. an quis inhabilis ad succedendum sit; deinde, an, si postquam successerit, se suo factò per clericatum inhabilem reddiderit. Priori casu omninò succedunt per dictam Constitutionem; posteriori verò multùm benignitati domini tribuendum esse, monet Dn. Præf. *cap. 22. ad qu. 10.*

LV.

Jure Comm. Vasallus post refutationem feudi dominum offendere non debet *2.F. 38. in fin.* Jure tamen Sax. per text. *Lehr. cap. 77.* vasallo permissum est, intra 6. septimanas post feudum refutatum & post diffidationem factam dominum hostiliter aggredi. Moribus, cum nemini bellum inferre liceat alteri, nisi jure belli ac pacis gaudeat, Juris Comm. dispositio ubique obtinet.

LVI.

De Jure Comm. Feudali incrementa feudi intrinseca, meliorationes vel ædificia à vasallo exstructa una cum feudo ad dominum vel agnatum feudi successorem non transeunt, sed vasalli heredibus cedunt *2.F. 8. §. 1. 2.F. 28. §. Si vasallus &c.* At de Jure Sax. dominum propter ædificia nihil præstare heredibus, sed feudum cum ædificio à vasallo exstructo ad dominum sine ulla impensarum refusione pertinere patet ex *Landr. l. 2 art. 21.* Quod approbatum est ab Electore *in Const. 31. P. 3. §. Diemeil aber dagegen. Dec. Elect. 53.* Excipiuntur tamen molæ alatae, quæ ad heredes vasalli pertinent *Carpz. P. 3. C. 31. D. 4.* propter rationem, quia solo fixæ non sunt, sed loco moveri, & alio transferri possunt.

E

An

An hæc sufficiens sit ratio, meum nunc non est dijudicare. Aliter tamen sensit Facultas Juridica Lipsiensis ipso citante Carpzovio. In Praxi extra Saxoniam heredibus allodialibus cedunt Schrader. *P. 10. Sect. 18. n. 127. Dn. Præf. Ex Feud. c. 22. qu. 16.*

LVII.

An vasallus feudum illegitimè venditum mox tamè redemptum amittat.

De Jure Comm. vasallus feudum vendens sine consensu domini, & intra aliquod tempus iterum redimens, feudum nihilominus amittit 2. *F. 44.* Jure Saxon. *per text. Lehn. cap. 16.* contrarium statutum, & dispositum, quòd si vasallus feudum vendiderit, & intra annum, & sex septimanas recuperaverit, feudum non censeatur amissum. Et in Praxi hæc tanquam verior sententia recepta est. *Dn. Præses Ex. Feud. cap. 23. q. 23.*

LVIII.

An filius ob delictū patris feudū amittat.

Jure Comm. filius feudum paternum seu antiquum, ob delictum patris, in alium quàm dominum commissum, amittit 2. *F. 26. §. Si vasallus culpam. 2. F. 31. verb. filius tamen 2. F. 37.* Aliud in Electoratu Saxoniae est sancitum, ubi filius, propter delictum patris in extraneum commissum, feudo non privatur Carpzov. *P. 3. in fin. quod & Praxi observatur Berlich. P. 3. Concl. 28. Dn. Præf. Ex. Feud. c. 23. qu. 46. & ibi not. Tract. de Success. ab Intest. Diss. 12. c. 5. th. 12.*

LIX.

Quamdiu venditor evictionis nomine teneatur.

Jure Comm. venditor evictionis nomine conveniri potest, quocunq; etiam tempore res evicta fuerit emptori, non obstante longi temporis præscriptione, ex sanctione Imp. *L. 21. C. de Eviction. 30.* tamen annis expirat. *Coler. P. 1. Dec. 27. n. 1.* At Jure Saxonico aliud dispositum in *Art. 83. l. 3. Landr. verb. Wer ein Gut lehnt/ ubi*

ubi venditor prædii feudalis solummodo per annum
 Guarandator rei venditæ est. De consuetudine hodi-
 erna in foro Saxonico venditor tamdiu ad evictio-
 nem obligatus est, donec emtor rem emtam præscri-
 bat, quod fit in rebus immobilibus 30. annis anno &
 die, in rebus autem mobilibus post annum & diem.
 Carpz. P. 2. C. 3. Def. 18.

LX.

De Jure Comm. feudali potest dominus vel
 etiam Vasallus, si actor est, omnes & singulos pares
 in eadem curiâ & territoriô degentes conscribere, &
 petere, ut Vasallus vel Dominus ad certum aliquem
 diem citetur, ut is unâ cum domino iudicium feuda-
 le constituat 2. F. 22. De Jure verò Sax. Dominus va-
 fallum convenire volens, prius negotium summatim
 tribus vel pluribus aliis vasallis suis exponere, unum-
 que ex illis interrogare debet, an sibi liceat Vasallum
 in jus vocare, & actionem contra eum instituere; &
 ita dominus feudi licentiam agendi ab aliis suis vasal-
 lis quodammodo petit per Text: *Lehr. cap. 65. verb.*
Wenn der Herr seines Tag-Dings. In Praxi Juris Com-
 munitatis processus observatur & hæ solennitates su-
 perfluæ tutò omitti possunt & debent per *Constitut. E-*
lector. P. 1. C. 27.

Quomodo
 procedatur
 in causa
 feudali.

LXI.

De Jure Comm. Feud. Dominus & Vasallus re-
 us conjunctim pares curiæ ad iudicium feudale con-
 stituendum eligere & deputare debent. 2. F. 16. Jure
 Saxonico Dominus propriâ autoritate vasallos ad ju-
 dicium feudale constituendum convocare potest.

De Processu
 Feudali.

Lehn. Cap. 65. pr. In praxi, uti antea monitum, recessum est à formalibus processus feudalis.

LXII.

Conclusio.

Sunt adhuc plura, quæ hic tanquam diversa à Jure Communi afferri possent, e. g. quod jure communi advocatus vasalli esse possit, qui non est ejusdem domini vasallus, cum tamen de jure Saxonico nemo admittatur, qui causam alterius agat, nisi ipse sit vasallus Domini Lehn. Cap. 9. item quod judicium de jure Comm. celebrari possit in curiâ domini. De jure Saxonico verò sub dio Lehn. Cap. 73. Mentio quoque fit judicii aqvæ Lehn. Cap. 40. Sed cum hæc omnia accuratò ordine pertractet Berlich. P. 1. Concl. 43. Schraderus de Feudis P. 10. Sect. 8. n. 35. seqq. meritò supersedemus hoc satis acto labore, ne vel plagiū literarium committere videamur, vel ad minimum intempestivè actum agamus.

F I N I S.





COROLLARIA.

I.

Prescriptio immemorialis plenarium dominium tribuit, quamvis aliàs exceptio sit in notoria mala fide & improbitate manifesta, quam non dari, salvà hac prescriptione, putamus.

II.

De viris equè ac fœminis aliàs bene presumitur, quantum tamen ad bonos mores, à maribus hi probandi sunt, non à fœminis, pro quibus militat presumptio probitatis.

III.

Datur actio directà illi, cujus nomine alter sine mandato contraxit, contra alterum contrahentem.

IV.

Ad mutuum probandum interdum non sufficiunt duo testes, sed vel tres l. quinque requiruntur.

E 3

V, Rex

V.

Rex Romanorum vivente Imperatore electus cum Imperatore ferè coincidit.

VI.

Nexus feudalis non importat obligationem subditi.

VII.

Pontificem non agnoscimus, nisi Principem, nec jura ejus, nisi ex placito in paucis.

IIIX.

Vix ulla est natio, quæ diu fert peregrinum imperium.

IX.

Dissensiones, veluti stimulus quidam, in rebus humanis necessaria videntur.

X.

In bello etiam iusto interficiendi non sunt pueri, nec scæminæ, nec mercatores, agricola, &c. nec illi, qui sacra curant.

XI.

Grave peccatum est, subditos alterius pecuniâ datâ ad infidelitatem & proditionem sollicitare, quod tamen in hoste minimè pro injusto habendum.

XII.

XII.

Subditum & militem obligatos esse ad
Dominum & Regem suum defendendum,
vis juramenti postulat, quod tamen stringere
negamus, si tota Respublica periclitetur.

XIII.

Monarchicam formam perfectissimam
esse in Politicis, nemo est qui negat, sed ad
commerciorum libertatem magis facit status
Aristocraticus.

XIV.

Maria Maximiliano I. nupta pomum
Eridos inter Germaniam & Galliam fuit,
imò etiamnum est.

XV.

Non injustè ultimum supplicium illis ir-
rogatur, qui interdicante Principe à captura
ferarum non desistunt.

XVI.

Qui defensionem sui, si aliter non possit,
cum internecone alterius promovet non pec-
cat

cat. Verum qui potius sui occisionem per-
mittit, quam ut alterum occidat, contra
jus natura peccat.

1/2
No 1583
1/2



VD17

m.c.



Q. 1688

DISP

DIFFERENTIA JURIS FEUDALIS MUSICA

MAGNIFICENTIA
IN UNI

DN. SAMUEL
COM. PAL. CAES.
BRANDENB. CO
RIO, DEGR

DOMINO P

IN A
Die XIV.
Placi

CHRISTOPH

Francofurti a

Ve
1583

X 1975653

AS ICI DM-

DINIS
A

IO, D.
S. ELECT,
ORDINA-
CO

PTORE

BIBLIOTHECA
PUNICKAVIANA

WALD

ERI.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

